

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Compendivm Rhetoricvm

Norimbergae, 1699

Capvt II. De exordio

urn:nbn:de:bsz:31-105401

CAPVT II.

De Exordio.

Quid est Exordium?

Est prima pars Orationis, qua & in Causam introimus, & animos auditorum ad auscultandum præparamus.

Est itaque Officium ejus, præparare auditores ad reliquum audiendum sermonem. Quod fit, reddendo eos benevolos, attentos & dociles.

Quomodo redduntur benevoli?

Per $H\ S_{II}$ Civilitatis, h. e. per Commendationem personæ, pro qua loquimur, vel auditorum, vel nostræ; e qua tamen modestia, probitas, & amor erga auditores singularis, elucere debent. pag. 29.

Quomodo redduntur attentii?

Pollicendo, nos de re magna, necessaria, nova, jucunda, vel publice utili dicturos.

Quo-

Quomodo redduntur dociles?

Ex generali eaqve perspicua comprehensione, vel etiam, si opus est, distributione totius causæ; aut remotione eorum, de quibus dicturi non sumus.

Quotuplex est Exordium?

Duplex, Rectum & Obliquum.

Rectum est, quo sine multis verborum ambagibus, causæ bonitate freti ad rem ipsam accedimus.

Obliquum est, quo in causâ minus bona, circuitione ac tergiversatione quadam utentes insinuamus nos in animos auditorum.

*Vnde sumi solent plerumq;
Exordia?*

1. Ab illustri quâdam Sententia vel Chria.
2. Ab Occasione, Consuetudine, vel alia Causâ impulsiva.
3. A Circumstantiis Personarum, Loci,

dociles?

cua com-
opus est,
; aut re-
is dicturi

m?

quum.
alris ver-
oonitate
us.
ulla mi-
tergiver-
inuamus

um;

sententia
, Consi-
mpulliva
sonarum,
Loci

Loc
danti;
bus or
bis fuit
nos ele

Quod

Lau
& ex i
Cum
Vitupe
Longu

De

E
Sta
[Eit
Fal
gel

Loci, Temporis &c. 4. Ex abundantia; cum dicimus, rerum, de quibus oratio habenda, magnam nobis fuisse copiam, & ex ea id unum nos elegisse.

*Quodnam Exordium est Laude
aut Vituperio dignum?*

Laudatur Exordium Congruum, & ex intimis Causæ visceribus deductum, Breve item ac Moderatum. Vituperatur Alienum, Vulgare, Longum nimis ac tumidum.

CAPVT III.

De Narratione & Propositione.

Quid est Narratio?

Est rei gestæ, aut perinde ut gestæ, expositio.

[Est enim Narratio alia *Vera*, alia *Ficta* vel *Fabulosa*: illa est rei verè gestæ, hæc quasi gestæ, commemoratio.

Intel-